



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 94. Colloquium Lugdunense inter Galliarum Regem, & Ducem  
Andegavensem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

**Sæcul. XV.** Renato Siciliæ Regi suggessit, quod ad  
 A.C. 1476. avertenda Burgundi consilia, quæ forte  
ad Provinciam armis subigendam tende-  
 rent, sibi nil consultius esset, quam ut  
 cum Rege Galliarum depositis odiis pa-  
 cem iniret, eoquod saltem sub Ludovi-  
 ci præsidio ditionibus suis per reliquum  
 vitæ tempus tranquille frui posset. Pla-  
 cuit Renato consilium Cossæ, eidemque  
 absque moræ dispendio negotium dedit,  
 ut opera sua Galliarum Regem suum Ne-  
 potem sibi conciliaret.

### §. XCIV.

#### *Colloquium Lugdunense inter Gallia- rum Regem, & Ducem Andega- vensem.*

**C**ossa accepto mandato quantocius Lu-  
 dovicum XI, datis literis monet, ut  
 temporis opportunitate uteretur, siue  
 Provinciam suo imperio jungere cordi ha-  
 beret, protinus Andegavensem & Baren-  
 sem arces restitueret, hacque via Avun-  
 culum suum sibi devinciret. His repon-  
 suit Rex, se ejus consilio aquiescere, pe-  
 tere tamen, ut Renatus in testimonium  
 voluntariæ cessionis suæ Regem Lug-  
 dunii adire non detrectaret; eum ibi ex-  
 pectatione sua majorem Regis benevo-  
 lentiam experturum. Igitur Renatus  
 Lugdunum venit, atque haud vulgari a-  
 micitias

micitiæ significatione exceptus, honoris Sæcul. XV.  
sibi exhibiti voluptate plene capiebatur. A.C. 1476.

In eodem colloquio Cossa intrepide co-  
ram utroque Rege exponebat ea, quæ  
ipsus hucusque clam in hoc negotio e-  
gisset, ejusdemque verba ad Ludovicum  
XI. facta Comminæus, qui colloquio præ-  
sens totum sermonem percipiebat, hunc  
in modum recitat. „ Ne mireris, Rex  
„ potentissime, quod Siciliae Rex Domi-  
„ nus meus, atque Avunculus tuus Bur-  
„ gundiæ Ducem sibi hæredem nomina-  
„ re promiserit ; id enim non suo , sed  
„ suorum ac præcipue meo actum est  
„ consilio ; attentis enim crebris inju-  
„ riis, atque enormi injustitia, qua Re-  
„ nato, licet essem Sororis suæ Filius, pro-  
„ priusque illius Nepos, Barensem &  
„ Andegavensem arcem eripuisti, ac in  
„ cunctis ejus negotiis illum oppressisti,  
„ hinc Duci nostro proposuimus, ut Bur-  
„ gundo hæreditatis spem faceret, non  
„ quidem eo animo, ut unquam, quæ sua-  
„ simus, nostra opera effectui darentur,  
„ sed duntaxat, ut comperta rei novita-  
„ te ad læsi juris reparationem animum  
„ induceres , & Regem nostrum tuum  
„ esse Avunculum in memoriam revo-  
„ cares. „

### §. CXV.